



Anten

1



ELEGIAM

DE EO,

QVOD A TENERIS ASSVESCERE MVLTVM SIT,

FVNERI

VIRI

PRAENOBILISSIMI, AMPLISSIMI, DOCTISSIMI

DOMINI

M. IO. FRIDERICI  
SCHROEDERI,

PHILOLOGI PERCELEBRIS, ET LYCEI, QVOD

TORGAVIAE FLORET, RECTORIS BENE

MERITISSIMI,

QVI AD DIEM XVI. IAN. ANNI POST C. N. cIo Io CCLVI.

E VITA EXCEDEBAT,

TRISTI CREMA EXHIBET

AC

SPECTATAM FAMILIAM CONSOLATVR,

BEATE DEFVNCTI

CONIYNTISSIMVS

AMICVS.

---

TORGAVIAE, LITTERIS PETERSELLIIS.

AK

56.





**A**etio si quaedam generis laudanda caduci:  
Non nisi permulto parata labore venit.  
Denuo succurrant operæ præcepta magistri,  
Atque frequens usus pondus utrique dabit.  
Hinc didicisse juvat, juvat & subiisse labores,  
Consuetudo tamen cedit utrique minus;  
Nam Tibi quid doctrina prodest, quid quique labores?  
Si Tibi cuncta cadunt mente, cadente die,  
Diceris in ventos artes cecidisse marinos,  
Immerfa in fluvio cuncta fuisse Lethes.  
Attamen ut poteris teneros intendere ramos  
Quorsumcunque velis, idque levi studio,  
Discere quæque placent animantia bruta videmus,  
Si teneros opera rite juvamus eos:  
Sic juvenum teneris quid tradere mentibus obstat,  
Annis provectus quod male discit homo.  
Scilicet a teneris annis asfuescere multum est,  
Quod capimus pueri grata senecta tenet.  
Si tabulas pingit formosas arte peritus,  
Formane, dum durant, quæ fuit ante, manet?  
Nec mentes alias facile dabit alba senectus,  
Quam quis juvenis fingere cepit eas.  
Cognita sic res est, ut vel proverbialia dicant:  
Posterus in pueris civis in orbe micat.  
Quod si, formari juvenes, adeo ardua res est,  
Oppida ne pereant civibus ipsa suis:  
Quo magis hinc opus est animum formare decenter  
Ejus, qui mentes post docet arte sua.



Et civis regem, juvenis sequiturque magistrum,  
Nec regit ignarus, qua decet arte, cavam.  
TE SCHROEDERE volo, poteris nempe ipse docere,  
Quantum sit, mentes reddere velle bonas.  
Fato non fatis est doctorem quemque vocari,  
Nec fatis est munus quaerere quemque sibi.  
A teneris illum studiis affluere par est,  
Omnia doctori congrua dante DEO.  
Palæopyrgi juvenis quam fingere nemem  
Olim fœvisti qualibet arte Tuam  
*Wenzelii* quondam cupide præcepta magistri  
Cepisti verbis non memoranda meis.  
*Frisus* atque docens artes celeberrimus ille  
Ornabat studium laudibus usque Tuum.  
Sic, quoniam juvenis contuisti rendere nervos,  
Hos unquam posthac mittere non poteras.  
Quin patriæ quondam fructus proferre studebas  
Te, cui natus eras, rite parare schola.  
Hinc celebrum quondam fama sectatus honores  
Doctorum, quos & postea Torga dedit.  
Hic qualis fueris multum Tua facta loquuntur,  
Grata discipulus quod quoque mente refert.  
Sed me quid terret? proh luctus! proh! alloquor ossa,  
Spiritus hæc non iam rite movere potest.  
Cur fugis, o Jonathan, partes cur deseris illas,  
Curia quas in Te contulit atque DEUS.  
Cur linquis caros, cur quaeso sanguine junctos?  
Me quoque cur linquis, cur fugis, alter ego?  
Scilicet à teneris quid rectum noscere, multum est,  
A teneris summo nil Tibi pluris erat.  
Quid Mecanates? procerum quid agit gravis ordo?  
Anguntur, mortem Te rapuisse sibi.  
Collegæ celebres quid agunt? sub pectore vulnus  
Servant. Nec focium Te periisse volunt.  
Quid tandem juvenes? quam se gerit illa corona?  
Flet casum, curæ conficia nempe Tuæ.  
Sic sanctus vita es; Sed erit Tua fama perennis.  
Sedulus hinc discens ipse vigebis in hoc.  
Quid, Tua nec bonitas Te digna laude carebit,  
Ætas de tali postera signa feret.  
Suavis amicitiae memini nunc, *dulcis amice*,  
Quos olim caro sanguine junxit amor.

fic a long annis affuescere multum est,  
Defuit in nobis longa tenaxque fides:  
Ast, fuit ad tempus, jam mors ea vincula fregit,  
Quæ nobis vivis perdere nil poterat,  
Verum vult fœdus, cupit hoc conjunctio nostra,  
Ut Tibi, quas Numen dat, Tua fata sequat.  
Terras nunc linquis, pulvis Tua contegit ossa,  
Non erit æque meo pectore pulsus amor.  
At Vos, quos functo cognatio sanguine junxit,  
Quibus jam lacrymæ fluminis instar eunt,  
Sistite mox gemitus, ætus compescite Vestros,  
Mortuus obtinuit pacis amanda loca.  
Hæc pia me iussit *Vobis* solamina ferre,  
Qui nostros multum pectora vinxit amor.  
Plura mihi cordis superaddere non sinit angor,  
Scribere cum debeam: *molliter ossa cubent.*






78 M 399

(x2258744)

10/1





ELEGIAM

DE EO,  
QVOD A TENERIS ASSVESCERE MVLTVM SIT,  
FVNRI

VIRI

PRAENOBILISSIMI, AMPLISSIMI, DOCTISSIMI  
DOMINI

M. IO. FRIDERICI  
SCHROEDERI,

PHILOLOGI PERCELEBRIS, ET LYCEI, QVOD  
TORGAVIAE FLORET, RECTORIS BENE  
MERITISSIMI,

QVI AD DIEM XVI. IAN. ANNI POST C. N. d<sup>o</sup> 16<sup>o</sup> CCLVI,  
E VITA EXCEDEBAT,

TRISTI CRENA EXHIBET


AC

SPECTATAM FAMILIAM CONSOLATVR,  
BEATE DEFVNCTI

CONIVNCTISSIMVS

AMICVS.

TORGAVIAE, LITTERIS PETERSELLIIS.



AK

56

